

xvj

Aut vento ; aut radiis percita apollineis ,
 Jam gravior justo paulatim liquitur uda ,
 Et vapor irriguam solvitur in pluviam ;
 Quam subter , casu postquam celeri delapsa est ,
 Excipit aridulo terra inhians gremio ,
 Suave croco aut molli violae calchifve levamen ,
 Quum ferus arentes Syrius urit agros .
 Sic ipse audito almo Heliconiadum concentu
 Protinus in suavem laetitiam solüor :
 Quæ penitos dum per sensus dulcissima serpens
 Imis fibrarum se insinuat latebris ,
 Non est me risu aut gaudens nata illa Dione
 Laetior , aut si quid laetius est Venere . (luptas
 Quod bene quum noscas , quumq; hæc mihi parta v o-
 Non sine te (quid enim te sine profuerit
 Insita naturae vis non excultra per artem ?)
 Die age , te pudeat num , Raymunde , mei ?
 An potius videar te dignus ? ubi adnuis ipse ,
 Adnuet & pindo Phoebus ab aonio ;
 Ac ducè sub tanto tendentem vela per auras
 Non Hyades , non me terreat Oarion .

